

que ignorantibus forte peccant, aut delectantur peccatis hominum, nescii ea peccata esse. Norat certe diabolus peccatum esse DEOQUE exosum, †) si Jobus DEVM sui saltem commodicausa, & quod ipsi inde bene sit, religiose coleret. Et nisi nosset peccata hominum esse *deflexiones a Divina lege*, quid quaeso haberet; quo illos *die atque nocte DEO deferret?* *) Hinc non saltem tentatis a se, sed per obsessos vel pythonas aliis quibuscunque abditissima ac ipsismet non animadversa vel dudum oblitterata peccata exprobare potest. Cujus rei & *Sevinnenses* Inspirati exemplum g) dedisse leguntur. Vti & personatus †) I. Sam. Samuel in Saulis exemplo non ignotum sibi esse testatus est, XXVIII, quid sit a DEO esse remotum & ipsum inimicum habere. 16. Quippe nec POENAE PECCATI ignari sunt dæmones, gaudentes *& morte spiritali* peccatorum, cum DEVS vita hominum propter peccata ipsorum recedit ab iis. & ex MORTE CORPORALI eorundem triumphantes. Equidem nos ipsi, nisi quotidie videremus alios alii mortem oppetere, nullum forte unquam mortis conceptum assequeremur. At homicida *) ille, antequam ullus unquam mortuus esset, mortem invidia sua in mundum †) introducturus, mortis corporum quoque notitiam habebat, DEO, cujus *) verba rectius quam ipsa Eva servaverat impudentissime contradicens: *Nequaquam morte moriemini.* Dynasta quippe mortis, †) *penes quem est robur mortis* Apostolo teste. Nam quod DEVS verax, dicente elegantius S. Irenæo, h) *mendax autem serpens, effectum ostensum est, morte subsecuta eos, qui manducaverunt. Simul enim cum esca mortem adsciverunt, quoniam inobedientes manducabant. Inobedientia autem DEI mortem infert. Propter hoc ex eo traditi sunt ei, debitores mortis effecti. In ipsa itaque die mortui sunt, in qua & manducaverunt. Sive enim sec. inobedientiam quæ est mors, sive quod exinde traditi & facti sunt debitores mortis, sive sec. unum & eundem diem in quo manducaverunt & mortui sunt, quoniam una creationis dies (sive sec. hunc circulum dierum quia in ista mortui sunt in qua manducaverunt, b. e. parasceve, quam & Dominus ostendit passus in ea, sive sec. quod non sit super gressus mille annos, sed in ipsis mortuus sit, dies Domini enim sicut mille anni) sec. omnia quæ significantur,*

†) Job. I, 9.
sq. II, 4.

*) Apoc.
XII, 10.

†) I. Sam.
XXVIII,
16.

De Morte.

*) Joh.
VII, 44.

†) Sap.
III, 24.

*) Genes.
III, 4.

†) Ebr. II.
14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.

14.